

teret, cum super hoc conscientia ejus a Pontifice oneretur.

Resp. Ad 2. Licetum esse penitenti ab uno Confessario ad alium recurrere, modo non eo sine ut latiore inveniatur aut eruditum minus, qui libidini sine faveret. Potest etiam Confessarius, ne propius expensa, a priori sua opinione recedere. Neutrū juxta Sanchez l. viii. disp. 27. num. 38. licet Officialibus erga dispensationes a Dataria concessas. Non primum, quia ex l. 10. ff. De iudiciis, ubi semel ceptum est iudicium, ibi terminari debet: loque verum est, etiam Officialis, qui priori praesentatum est rescriptum, in alterius electionem consentiret. Non fecundum, quia perimitur iurisdicchio Judicis delegati statim ac sententiam definitivam tulit, etiam si ferendo erraverit: ergo, ait idem Sanchez, non potest variare, ac proinde in utroque casu recurrendum est ad Pontificem, qui alium deleget, sed de his iudicant Officialis. Unum hic monere sufficit cum auctore coll. Andeg. & Illust. Episcopo Tuleensi, Confessarii omni non esse ut expendat an exposito Paraphra facta vero sufficientes sit ad obtinendam dispensationem, ideoque an in hoc casu concedi debeuerit dispensatio, sed tantam an res eo se habeat modo, quo Pontifici exposita fuerunt.

Resp. Ad 3. Credendum esse penitentis assertioni, cum in foro penitentiae constituit, nec adhibeatur, nec adhiberi possint testes, nec ullus confici processus judicialis, prout eisdem Penitentiae rescriptum declarat. Quod si Confessarius aliunde novit, rem non ita esse ut exposita est, non debet dispensationem exequi, quidquid in contrarium asserat penitens; nisi forte id ex alterius confessione reciderit, quo in casu quid faciendum sit docent Theologi aegendo de sigilli obligatione in Tract. de Poenit.

Secunda clausula haec est: *audita prius eius sacramentali confessione*; unde necesse est ut lator peccata, saltem ea, quae a postrema confessione commisit, deponat apud Confessarium rescripti excoemptionem: idque verum est, ait Navarrus c. 20. etiam si dispensatio concederetur in materia, quae nullum poenitentis delictum supponit, puta in irregularitate orta ex defectu natalium. Haud tamen necesse est ut vel mortalia, vel ea quae circa materiam dispensationis commisit peccata, confiteatur, si haec iam apud alium, vel eundem Confessarium deponerit: qui enim venialia solum habens, venialia deponit, praedictam clausulam verificat, & adimplet. Censet quidem Sanchez l. vii. disp. 34. num. 29. Confessionem non necessario requiri ad hoc ut dispensatio valide executioni mandetur; sed abfit ut in materia tanti momenti pars minus tuta propter meras probabilitates teneatur.

Tertia clausula est: *sublata occasione peccandi &c.* Quae verba demonstrant poenitentem nec ante absolendum, nec ante dispensandum esse, quam abfuit illi occasio peccandi, cessare singulis diebus & mox dicenda poenitentiae partes, quia reviviscit obligatio voti. Id locum habere in dispensatione voti Confessarius, non autem voti Religiosis amplectenda, quia votum Castitatis dissoluto per alterius mortem conjungit reviviscit, non vero votum Religiosis cuius proinde relaxationi, utrope perpetua, perpetua respondere debet poenitentia.

Quarta clausula est: *injustitia ei...* Quae poenitentia, quae quamvis a Confessario discreto & personam facta dependat, ait Navarrus pag. 88. possit tamen esse jejuniū per sex menses, semel quilibet hebdomada; recitatio tertiae partis Rosarii

per tres menses, tribus diebus quilibet hebdomada, vel aliquod aliud pietatis opus arbitrio ipsius Confessarii imponendum, frequens praesentium confessio, usus meditationis, & similia quae potius astringunt; consideratis semper statu, qualitate, sexu, & aetate poenitentis, & adverte do, quod poenitentia sit ita prudenter imposta & moderata, ut nullam poenitentis delictum detegi possit. Utiq; si poenitens in aliis confessionibus jam antea recte factis, poenitentiam criminis, propter quod dispensari voluit, parem recepit & executus est, erit huius praeviae satisfactionis habenda ratio: unde Confessarius poenitentis brevi Romano praescriptas moderari & temperare debet, sic tamen ut modum temperans substantiam fervet. Huius clausulae aliam subsistit Poenitentiarum; cum agitur de relaxatione voti, eaque his quae jam reitū verbis continetur, *si-bique votum praesentem ad hoc tantum* &c. ut supra, quae paulo fufius explicanda sunt.

1. Haec monendi sunt a Confessario poenitentes a voti dispensatione, dispensationem non nisi ad contrahendum matrimonium effectum concessi, unde eo usque tenentur voti. Quapropter si in gravi incontinentiae periculo venerint, hortandi sunt ut primum matrimonium inesse, nec interim multiplicentur voti transgressiones. Quod si post contractum matrimonium adversus castitatem conjugalem peccent, ex hac parte voti transgressores erunt, utrope quod non nisi in ordine ad matrimonium ulum relaxatum fuerit.

2. Cum dispensationi a Poenitentia conestis annexa sit quaedam species commutationis in *Sacramentalem confessionem* semel quolibet mense mensuram confessionis onus a Confessario poenitentem imponendum est.

3. Cum additur voti commutationem faciendam insuper esse in *alia poenitentia opera*, necessum est ut Confessarius praeter mentitum confessionem alia poenitentia imponat poenitentiae opera, puta jejunium, aut abstinentiam ab ovis, & iudicium fide sexta, vel sabbato; aut Officium aliquod parvum, v. gr. B. Mariae Virg. item septem psalmos, & similia. Cum autem *alia haec poenitentiae opera* plurali numero exprimantur, debent ad minus esse duo: sed & duo sufficient, ne gravetur poenitens. Porro haec pietatis opera *tandem duratura* sunt ex rescripto, *quoad praedicta commutationis loci erit*. Ex quibus tria sequuntur. 1. Obligationem praedictorum operum ab ea solum de incipere, quo orator contrahit, & consummat matrimonium, quia non ante operatur dispensatio. 2. Sublato, per mortem alterius conjugis commutationis usum, cessare singulis diebus & mox dicenda poenitentiae partes, quia reviviscit obligatio voti. 3. Id locum habere in dispensatione voti Confessarius, non autem voti Religiosis amplectenda, quia votum Castitatis dissoluto per alterius mortem conjungit reviviscit, non vero votum Religiosis cuius proinde relaxationi, utrope perpetua, perpetua respondere debet poenitentia.

4. Cum adhuc praecipitur, ut inter opera pietatis quaedam *sint etiam quae poenitens quotidie facere teneatur*, ut semper primae voti sui obligationis meminerit; evidens est, praeter mox exposita pietatis opera (quorum prima non sunt in perpetuum) secun-

secunda sunt quidem in perpetuum, vel potius quoad commutationis locum erit, non tamen quotidiana) alia imponi debent quae singulis diebus implentur. Haec autem & faciliora, & utiliora praescribi debent, v. gr. lectio quoadlibet brevis, breve conscientiae examen, oratio mentalis ad minus per quadrantes, aliqua caritatis opus in proximum juxta vires, fortunas, & statum poenitentis. Cum vero ea imponat Confessarius, monebit poenitentem, ut dum ea exequitur, meminerit vinculi a quo dispensatus est, prout jubet sacra Poenitentia. Si dispensatio detur in voto Religiosis, inter poenitentiae opera a Confessario praescribenda, quaedam etiam debent *Religiosis quam poenitens ingrediens fuisse* (quae recitatio facere tenetur in memoria voti. In hoc ordine sunt recitatio chorule Ordinis, recitatio quaedam & quatuorplex Oratio Dominicae & Angelicae salutationis; Item Litaniarum quae in ordine altantur, breve Conscientiae examen. Si dispensatus sit in sacris, habenda est ratio Christi ad quod iam tenetur: unde imponi ei potest commemoratio Sancti Institutoris Religionis quam vovet, cum Litaniis Beatae, aut brevi conscientiae examine. His addi possunt opera quaedam ejusdem generis, sed haud quotidiana.

Quinta clausula est: *& alia innoxia quae de jure fuerint imponenda*; haec clausula generalis est, & subauditur etiam non expressa. Eius scopus est, ut si poenitens in foro poenitentiae dispensandus, alia Confessario peccata delecta, et, ex quibus ad restitutionem alicui boni, denegatae sunt reparaciones, alicuius similia teneatur, haec ei praecipiantur a Confessore, praeter species poenitentias, de quibus modo actum est.

Sexta clausula est: *demmodo impedimentum sit occurrat*, & haec est conditio sine qua non dispensat Poenitentia; quaeque, ait Navarrus pag. 21. *semper est praesentia ut observanda*. Unde si confessio ex poenitentis examine agnoscat factum esse *factum, vel manifestum, vel notorium factum vel iuratum*, ulterius eius executionem procedere non potest, est interim poenitentem monere debeat, quid factum opus sit. Quod autem & quatenus impedimentum debeat occurrere iudicari, colliges ex addendis in tractatu de censur. c. 5. quaest. viii. c. 1. pag. 345 edit. 1627.

Septima clausula est: *aliudque canonicum impedimentum nempe non obstat*: unde si partes alio impedimento sine occulto hinc publico ligatae sint, rursus ad factam Poenitentiam recurrendum erit pro occulto quidem, ut eius dispensatio, nova prioris impedimenti mentione facta, ab eadem Poenitentia impetretur; pro publico autem, ut si quisque per Datariam dispensari sitagat. Jam enim supra monuimus, Poenitentiam exigere ut publicum, quo partes vincuntur, impedimentum sibi pateat; neque vero aliter iudicare potest, an non factus sit ipem quancumque dispensationis adimere.

Ostava sic habet: *cum eodem favore, quod praemissis non obstatibus*; quibus indicatur, Confessarium, non obstante prelo impedimento, & aliis, quae Poenitentiae exposita sunt, ad executionis gratiam devenire posse.

Autone Theol. Moral. T. III. P. II.

Nona haec est: *matrimonium, separata forma Concilii Tridentini conservare, & in eo remanere licite valeant*. Id est praevius seu omissis de licentia Ordinarii denuntiationibus, coram Parocho & testibus, contrahere; & matrimonium uti, ac si nullo unquam impedimento ligati fuissent, adeo ut proles inde oritura pro legitima habenda sit.

Decima in foro conscientiae, & in isto actu Sacramentali confessionis sanum &c. quae verba de novo demoustrant contra Sanchez, forum conscientiae, de quo hic agitur, esse ipsum Poenitentiae tribunal, extra quod gratia haec a Confessario expediti non potest.

Undecima haec est: *quod huiusmodi absolutio, & dispensatio in foro iudiciali nullatenus suffragentur*. Unde si forte impedimentum ex occulto publicum fiat & in iudicium deducatur, gratia Poenitentiae in foro fori non suffragatur; adeoque tunc ad Datariam recurrendum est: quamquam in dispensatione maritali iure iterum sine scandalo, non peccatur, ut qui vero coram Deo dispensatus fuerit, cum a Poenitentia dispensari poterit, quo tempore impedimentum erat occultum.

Duodecima: *sed praesentibus laceratis &c.* licet quamvis innoxialiter fieri poterit, eaque intentione ut nec recedant, nec delictum poenitentis committi possit.

Decima tertiae neque eas lator restituit, quod si restituit, nihil ei praesentis litterae suffragentur, id est nunquam ei in foro fori suffragentur, quod tamen in eodem videtur poenitens qui has litteras sibi restituit vellet. Iterum, est gravius peccare, & excommunicationem praedictis verbis latam incurret. Confessarius litterarum reditor, semper valeat dispensatio rite semel & legitime executam maneat.

Eadem clausula iisdem fere verbis repetitur in rescriptis ad remanendum in contracto, cum dispensationis quibusdam hic breviter exponendis.

Prima est: *a quibus generalis, censura & poenitentia*, quas scilicet requiritur sine de iure communi sine ex speciali locorum, lege, ob incellum crimen incurrit, aut incurere potuit.

Secunda est: *injustitia ei confessione sacramentali semel quolibet mense per tempus arbitrio suo faciendum*; unde per dies ad minus menses praevius a confesso injungi debet, & melius ad sex menses injungitur.

Tertia est: *separatio fieri non possit absque scandalo, &c.* ob cohabitatione de incontinentia rimendū sit. Haecne clausulam verificat Confessorem torquere non debet, cum evidens sit per nos quae palam pro legitimis conjugibus habentur, nec posse separari sine scandalo, nec secum innoxiam absque gravi incontinentiae periculo cohabitare.

Quarta est: *si dicta muliere de nullitate prioris consensus certiora &c.* & haec est clausula tot tantique discriminis obnoxia, quam anxie & pro modulo cum communi supra exposuimus.

Quinta est: *matrimonium inter se de novo secretis...* praemissa non obstatibus contrahere, id est sine Parocho & testibus; adeo tamen ut poenitens non in debitis redditionem consentiat, quam praeviam eo quo poterit meliori modo consensus renovat.



tionem obtinuerit a parte impediti necia: alioqui enim fornicaretur, tamen a rescripti gratia non excluderit.

Has claufularum Penitentiarie expositiones, quo certius illi pedem figat lector, desumpti tum ex Tiburto Navarro, tum ex Syro Placentino, utroque Apostolice Sedis Penitentiarie.

His omnibus mature ponderatis & preslitis, Confessorius post datam in forma solita absolutionem a Censuris & peccatis, gratiam Apostolicam his exequetur verbis, mutato ut evidens est impedimento nomine.

Et insuper auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata dispenso tecum super impedimento primi (sive secundi, seu primi & secundi) gradus ex copula illicita a te habita cum sorore mulieris, cum qua contrahere intendis, proveniente: ut prefato impedimento non obstante, matrimonium cum dicta muliere, servata forma Concilii Tridentini contrahere, consummare & in eo remanere licite possis & valeas. In nomine Patris &c.

Insuper eadem auctoritate Apostolica prolem, quam ex matrimonio susceperis, legitimam fore nuncio & declaro. In nomine Patris &c. Passio Domini nostri &c. ut post finem confectae confessionis.

Si dispensatio detur ad remanendum in contracto, forma hac erit: Insuper dispenso tecum super impedimento primi affinitatis ex duobus ex copula illicita, quam cum sorore tua putate conjugis antea habuisti, ut illo non obstante, renovato consensu cum prefata conjugate, matrimonium cum illa contrahere &c.

Et pariter eadem auctoritate Apostolica prolem, quam susceperis, legitimam fore decerno & declaro &c. si dispensatio sit a voto castitatis, dicitur: insuper tibi votum castitatis quod emisisti, ad effectum ut matrimonium contrahere, & debitum conjugale reddere & petere licite possis, & valeas, in opera qua tibi prescriptis, dispensando commuto. In nomine &c. Eadem pene est forma dispensationis a Religiosis voto, in ordine ad matrimonium: quod si quis dispensatus sit, dummodo eandem vitam ducat, non dicitur ad effectum contrahendi matrimonium bene vero ad effectum remanendi in sacro in vita celibe.

Si quis non obstante castitatis voto matrimonium inierit, dicitur: item te, non obstante castitatis voto, quod emisisti, & transgressus fuisti, in dicto matrimonio remanere, & debitum conjugale reddere posse, & debere declaro, & ut idem debitum etiam exigere licite possis, & valeas, tecum eadem auctoritate Apostolica dispenso. In nomine Patris &c. Ex his absolutionis formulis nemo est qui congruus unicuique casui efformare facile non possit.

ARTICULUS III.

Quid in impedimentis matrimonialibus possint Episcopi.

Ordinariam potestatem dispensandi in quibusdam impedimentis dirimentibus publicis, communi fere calculo Doctores docentur Episcopo, ait Bened. XIV. lib. 7. DE SYNODO cap. 31. num. 3. quoniam

inno sacra urbis Congregationis, Concilii videlicet, ac Supremae Inquisitionis, non simul prescribunt, tamquam falsam & temerariam, propositionem assertorem Episcopus ius dispensandi super impedimento dirimentis publico, quod obstat Matrimonio contrahendo, cuiusvis generis urgeat illud contrahendum, nisi videre est apud Joannem Baptistam Rivarium, virum apprime doctum, tom. 17. comment. in regul. Cancell. In notis ad reg. 49. num. 1. & 2. ubi sacrum Congregationem responsa summa diligentia concepta per excessum, ut dicitur, referuntur, & Doctorum in hanc rem placita copiose allegantur. Hoc prescriptio quaedam regulas & sanioribus Theologis & Canonistis petitis hic proponam.

Regula 1. Possunt Episcopi dispensare circa impedimentum omne, quo post Matrimonium legitime contractum auferitur debiti conjugalitatis extendi potestas, ut est affinitas sive ex Baptismo, sive ex incestu, imposita tamen pro gravitate incestus penitentia, & procurato occasione peccandi recessu. Hac est communis opinio, ait post Sylvestrum Cabalfutius lib. num. 7. Vide Sanchez lib. vi. cap. 12. num. 26.

Possunt etiam Religiosi Mendicantes cum eo, qui non obstante castitatis voto matrimonium inuit & consummavit, dispensare ad petitionem debiti conjugalitatis: idem poterat Jesuitae cum specialia Provincialis licentia. Neutri vero ad contrahendum dispensare possunt in eodem voto, ut multo probabilius docent Suarez, Sanchez, Lyman, & plures alii.

Regula 2. Possunt Episcopi in contracto dispensare ab impedimentis dirimentibus, aliqui Papa reservatis, cum occurrant sex subsequentes circumstantie. 1. Ut occultum sit impedimentum, Matrimonium vero publicum. 2. Ut matrimonium bona fide, vel sine pravia impedimenti notitia contractum fuerit. 3. Ut fuerit consummatum. 4. Ut partes sine verisimili scandali periculo separari non possint. 5. Ut partes pro inopia non possint ire, aut recurrere ad Papam ejusve Legatum. 6. Ait Piker, ni tale sit impedimentum, in quo dispensatio a Papa dari non consueverit. In harum conditionum concursu dispensandi potestas penes Ordinarium est, prout ibi ab Urbe Roma responsum fuisse testatur Zerola 1. part. Dispensatio §. 5. idem docent Collat. Andeg. tom. 11. pag. 92. Cabalf. & alii communiter.

Si vero, ait idem Cabalfutius, aliqua absit ex prefatis circumstantiis, & personae sint pauperes, aut rudes, aut rustice, officium erit Ordinarii prosequi hanc dispensationem in forma pauperum apud Sedem Apostolicam, ut gratis & sine compositione obtineatur.

Regula 3. Possunt aliquando Episcopi Extraordinaria potestate, & ex praesumpta Summi Pontificis voluntate in aliquo eventu, urgentissime videlicet necessitate, ab impedimentis dirimentibus modo occultis dispensare ad contrahendum: ut si rebus omnibus jam ad matrimonium contrahendum preparatis, invitato parentum certa, assignata ad nuptias die ad modum propinqua, puella ex confessione detegat se dirimente impedimento iterum esse, & nulla praeter Ordinarii dispensationem pateat via, qua periculum gravis scandali, suspitionis infamiae, atque etiam inimicitiarum removeri possit. Ratio est, quia reser-

servatio in casu tam urgente non esset in edificationem, sed potius in perniciem animarum. Ita, quam Sanchez primus produxit, opinio evasit subinde inter Doctores communis, ut post Bonacium notat Cabalfutius lib. 3. c. 7. num. 4.

Proponit quidem idem Sanchez aliam, qua puella se extricat, rationem, ut nempe emittat edificantis votum ad tempus, ideoque vel ab Episcopo, vel ex solo temporis lapsu dispensabile, & palam dicat ibi propter votum hoc a confessorio praecipuum esse, ut a matrimonio abstineat; interim vero recurrat ad Papam pro sollicitate veri, quo ligatur, impedimenti relaxatione: sed quoniam caute haec, vel non semper occurrere menti, vel ob rerum aut personarum circumstantias quandoque impossibilis est in praxi, aut admodum difficilis; aliunde vero tendendum est ne si puella urgeat, an ad tempus voverit, non desint qui statim regeant, et ergo sufficere Episcopi dispensationem, quae in talibus angustiis iusta erit, & valida in foro conscientiae.

Utilissima haec Appendice in continuatione Honorati Tournely transcripta, praesens opus locupletari duximus, ne ad completam Moralis theologiae institutionem, aliquid desesse videretur.

APPENDIX II.

De Orientali Ecclesia circa Matrimonium disciplina.

Matrimonium inter Sacramenta a Christo Domino instituta universa recenset Orientalis Ecclesia: nam apud Graecos, Armenos, Syros sive Jacobitas, sive Nestorianos, & Coptos, semper ac ubique locorum veturi facta christiana Ecclesiae caeremonia habuit effect, omneque a Christo sanctificatum fateretur, & non solum Christi cum ecclesia unionem significare, fed etiam gratiam conjugatis afferre crediderunt, ac tenent, quae nuptiarum inter eosdem amorem caritatemque pariat & fovat, eoque ad ritus filios ethnicos adjuvet. Id eorum expendentis ecclesiasticos libros fit illico exploratum. Rem vero extra tamen controversiam ponit Orthodoxa Orientalis Ecclesiae confessio, aliaque fidei professiones adversus Lutheranorum, Calvinianorumque hereses, Cyrillique Lucaris errores evulgatae. Ex his enim constat, ut legere est in actis Orientalis Ecclesiae a Schelstratio editis, & in opere sedici circa Eucharistiam perpetuate, Graecos omnes, Ruthenos, Armenos, Syros, ac Coptos matrimonium venerandum Sacramentum esse profiteri. Id vero satis superque est ad convincendum novitatis, & erroris Lutheranos, Calvinianos, Remonstrantes, Anglicanos, Socinianos, alioque ex parte Novatores.

Circa ritus varia est Orientalis Ecclesiae disciplina. Apud Latinos sponsalia Ecclesiastica sunt fere sublata, ac civilia tantum matrimonii celebrationi praetribuntur. Postquam in ista sint sponsalia, ex decreto Innocentii III. a Concilio Tridentino iterum inibulo, qui variis recitatis precibus, quibus Deum rogat, ut nuptis sponsique benedicat, orationem profert, in qua haec verba habentur. Domine, emitte manum tuam de sancto habitaculo tuo, & conjuncta servum tuum N. & ancillam tuam N. quia a te

ius Imperator sponsalia, antequam contrahatur matrimonium, celebrata esse decreverat: sed cum Graecorum disciplina sollemniter ecclesiastica sponsalia prescribat, Ecclesiae illius Antistes Imperatori edictum servare recularunt, & semper sponsalia sollemniter in Ecclesia, dum matrimonium contrahendum esset, celebraverunt. En autem eorum in sponsalibus, se matrimonio celebrando ritum. Sponsalia, sed ex Ecclesiae benedictione, annuli ardua, osculoque adhibitis, penaeque a resiliens tabenda indicata, hoc ritu celebrant. Post divinam Missam, stante in facrario Sacerdote, conjugio copulandi per facris foribus consistunt. Vir quidem a dextris, mulier autem a sinistris. Sunt vero repositi in dextra sanctae mensae parte duo ipsorum annuli aureus, & argenteus. Ex his argenteus dextrorsum respicit, aureus sinistrorsum juxta se invicem. Tum Sacerdos recens nuptiarum tertio capita signat, tradidit illis cereos accensos, & in templum illius inducit. Delade cruciformiter thus adolet, dicente Diacono: Benedic Domine &c. ac variis recitatis precibus in Euchologio praescriptis, Sacerdos acceptis annulis, donat primum viro aureum, tum argenteum mulieri. Ac viro dicit: Subarrhatu servus Dei N. propter ancillam Dei N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti amen, nunc, & semper & in saecula saeculorum. Amen. At deinceps mulier ait: Subarrhatu ancilla Dei N. propter servum Dei N. in nomine Patris &c. Cumque ter ad unumquemque hoc dixerit, crucem super eorum capita facit annulis, & utrumque dexteris eorum digitis immitit, viro ut digniori aureum, femina argenteum: assistens vero Paranympus amoris, & concordiae inter sponfos conciliator commutat, & sponza aureum, sponza argenteum donat, ut hic muliebris infirmitati viri rem animum accomodat; illa vero se in omnium mariti bonorum consortium venire intelligat: vel ut haec amulorum commutatione suorum corporum possessioni remanent, & se non proprias, sed aliene potestatis agnoscat. Theofalonicensis vero annulo heretico sponsiam ubique donatam cum M. S. Cyroprof. afferens, quassum diverse ritum eundem expricat, femina inquitens quassum ex parte viri amicum annulum Sacerdos tradit, & quasi ex parte femina aureum viro, & Triplicitatem veneratur ter illos commutat. Unius Paranympus mentionem habet Concilium Carthaginiense quartum, qui castitatis, & pudicitiae conjugis utriusque testis & quali cultos, puros adhaec illos & commercii carnalis expertes inter se jungit, vel potius conjunctioni in Ecclesia facte assistit, & Dei personam primi omnium conjugii Paranympus, & Promibi in Ecclesia representat. His nuptiarum subarrhatio absolvitur, sponsi que deinceps dimittuntur. In Moscovia teste P. Chard. postquam sponfus annulum sponzae tradidit, haec illius pedes osculatur; eoque rite obediunt illi pollicetur.

Si vero voluerint eodem temporis spatio coronari, ut fere tempus fit, ingrediuntur in templum sponsi cum cereis accensis procedente Sacerdote cum turbulo, qui variis recitatis precibus, quibus Deum rogat, ut nuptis sponsique benedicat, orationem profert, in qua haec verba habentur. Domine, emitte manum tuam de sancto habitaculo tuo, & conjuncta servum tuum N. & ancillam tuam N. quia a te



**¶** *Virgo copulatur mulier. Copula illas unarum con-*  
*tra: corona illor in coronam unam: tribus illis*  
*fructum centris, prout fructum. Quia sua est*  
*potestas, & sua est regnum & virtus & gloria Pa-*  
*tris, & Filii, & Spiritus Sancti, non & semper*  
*& in seculis sacerdotum. Post hanc orationem, Sa-*  
*cerdos acceptis coronis primo coronat sponsum, di-*  
*cens: Coronatur servus Dei N. propter ancillam*  
*Dei N. in nomine Patris &c. Deinde coronat spon-*  
*sam dicens: Coronatur ancilla Dei N. propter ser-*  
*vum Dei N. in nomine Patris &c. Tum benedi-*  
*cit eis ter, dicens: Domine Deus noster, gloria &*  
*honore corona illor.*

Verbis illis coronatur &c. Sacerdotis ore profa-

*Nota.* Coronatum usum in sponsis antiquum in Ec-

Coronatis sponsi, ac que ita in matrimonium con-

Post tertiam delibationem sacerdos poculum allici

brevitatem humani cuiusque gaudii instat viri etra-

ad Ministrum quod spectat, plures Orientalita

*X.* Quod si noluit, unicuique conjugum in suo

*XII.* Eius autem loci, ac ritus Parochus debet

*Nota 1.* Preceptum de publicando Concilio Tri-

*Nota 2.* Id vero, quo decernitur, Matrimonia

*IV.* Secundo tamen unbet Presbyteri nullatenus

*V.* Et quantum apud Græcos conferunt contra-

*VI.* Item in cogitationis spiritualis, que in Ba-

In Baptismo videlicet inter suscipiendum, & Bapti-

*VII.* Martius Latinus uxoris Græcæ ritum non

*VIII.* Latina uxor non sequatur ritum maris

*IX.* Græcus maritus potest, si velit, ritum uxoris

*Nota 1.* Preceptum de publicando Concilio Tri-

*Nota 2.* Id vero, quo decernitur, Matrimonia

*(B)* Rem vero in Orientalium gratiam, paullo

viri adulterium, ab illo discessit, et verodivinum

indicit preceptum, quo jubetur ut manes inuptæ,

qui dimissa obfornicationem uxore, alium duxerit.

*(B)* Rem vero in Orientalium gratiam, paullo

Rursum emenda viro Coniux, nec moribus illa



Audiant præterea Chryostomum Hom. viii. in Matth. ubi ait, *Expulsa quousq; uxor esse ejus que eam expulsi, persecuta.* Sed antiquiores quosq; supponit quorum sententia perspicue demonstrant. Græcos Patres credidisse semper adulterium, thori quidem separationem, non vinculi solutionem inducere posse. Justinus Martyr Apologia 11. pro Christianis, præcepta recensens, que Christus circa castitatem dederat; *Qui repudiata, inquit, a viro alteram duxerit, adulterium commisit.* Et Apolog. I. non obscure significat thori tantum separationem inter conjuges Christianos admisisse; seminam eam deservisse, que propter perditam viri vitam ab eo se se disjunxerat, inquit: *Femina veritas, ne si de cetero eodem cum illo lecto, eademque uxoris mensa, impietatis quoque ejus percipi feret, nisi illo, qui apud vos (Gentiles) dicitur repudiatio libello, ab eo se junctura est.* Lecti itaque, cohabitatioque separationem tantum secum fecerunt apud Christianos diviso, que Gentilium repudio respondebat. Accedit etiam Athenagoras insignis alter Christianus Religiois Apologista, qui de moribus & Christianorum institutis apud Imperatorem verba faciens: *Qui uxorem suam, ait, dimiserit, & duxerit aliam, adulteratur, inquit Dominus noster: neque ullam dimittere concedit, cuius delibata est pudicitia, neque alteram ducere.* Vides ergo generant antiquos Patres de institutis Christianorum differentes docere, vivente prima uxore, nefas esse aliam ducere. Hæc vero generalis assertio juxta Hermæ explicationem, & juxta Pauli sententiam accipi debet, que mulierem lege conjugii obligatam pronunciat, quamvis vir ejus vivat; ac separatam, manere inuptam, vel viro reconciliari, nec a lege viri nisi per istius mortem liberari. *Quæ verba, inquit S. August. l. 2. de Adulteriis conjugis cap. 5. toties repetit, toties inculcata, vera sunt, vicia sunt, sana sunt, plana sunt.* Nullius viri posterioris mulier uxor esse incipit, nisi prioris esse deserit. *Est autem deserta uxor prioris, si moriatur vir ejus, non si fornicetur. Licite itaque dimittur conjugis ob causam fornicationis... nec carebit illo vinculo, etiam nunquam reconciliatur viro, carebit autem, si mortuus fuerit vir ejus.* Mitto reliquos Latinos Patres, & Concilia, que a primis temporibus assentionem nostram Evangelicam & Apostolicam disciplinam esse decreverunt, ut habetur can. xvii. Concilii Mileviani ann. 416. celebrati. Sed rationum momenta omittere nolo, ut inde intelligatur, quam gravissima sequentur abscissa, si adulterante uxore, matrimonii vinculum dissolvitur. Nam mulieres libidini servientes adulteria eo patrent animi proposito, ut dimissa ac a vinculo solute nubere prociis facile possent. Item improbitas maritis occasio foret pro legitima uxore adulteram introducendi. Que vero hinc non orientur calumniantis aduersus etiam innocentem uxorem; ut hæc tanquam adultera repudiata, altera exoptior duceretur? Quibus incommodis filii obnoxii non essent? Nam loco matris adhuc vivens educandi a noverca essent; & matrem, a qua geniti fuere confidencis novercam, odio habent, ac hæc vicissim odio habent illos. Audi Ambr. l. viii. in Lucam ita clamantem: *Paterisne, oro, liberis tuis, viventibus*

*te et, esse sub vivico, aut incolam matre esse sub noverca? Pone, si repudiata non nubat. Et hoc viro tibi debuit displicere, cui adulteram fidem servat. Pone, si nubas, necessitas illius cum crimine est, & conjugium quod parat, adulterium est. Si mulier dimissa innocens nubat, cedit hoc in prioris viri crimen & dedecus. Si adultera est, ex parato scelere commodum cap. Hæc & illi similia sequentur absurda, si adulerium matrimonium dissolveret, novamque inveniendi conjugium libertatem foret: quamobrem vel illi spectatis, si res ambigua foret, presumendum esset, Christum, qui matrimonium ad sacramenti dignitatem elevavit, non luisse per adulterium hujusmodi vinculum solvi. Sed inquit, si ita te res habet, ut Christus Dominus interrogatus a Pharisæis, num licet dimittere uxorem, non licet respondit excepta fornicationis causa? nam illi de vinculi solutione quærebant. Si ergo Christus hæc unica dimissionis causam legitimam esse respicit & docuit ergo pro fornicationem sive adulterium illud abruptum ac dissolutum vinculum, quod repudi libellus apud Hebræos solvebat. En verba Christi: *Quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, moechatur, ex quo per legitimum consecrationem sequitur, eum, qui dimissa adultera aliam ducat, non moechari.**

Rursus omnes fere Christiani Principes suis legibus per plura secula liberaliter faciebant viri dimitte ad alteram ac aliam ducendi uxorem. Id P. Chardonius in sua histor. de Sac. lib. 2. de Sacram. Matrim. 277. auctoritate collationum Parisiensium comprobat, que legem hæc a Constantino Magno latam, & in Codice Theodosiano relata, leg. 3. tit. 16. reperiri tradiderunt: eandemque comprobat deinde, ac inculcat Theodoricum in Gallia, Visigothorum Reges in Hispania, antiquioresque Gallias, & etiam Britannicæ Reges in illis Regionibus. Verisimile vero non est Christianos Principes legem condere, ac inculcare voluisse, que Apostolicæ, & Evangelicæ discipline contraria esset.

Denique Patres plures Matthæi textum interpretantes, vel disciplinam suorum temporum describentes, hæc conjugibus libertatem ex Christi institutione, & usu Ecclesie concessam tradiderunt. Vide Laurentium, Epiphanium, aliosque.

Hæc vero tanti fieri non debent, ut traditam per Tridentinos Patres Ecclesie doctrinam suspectam faciant. Nam Christi sententia non ex solis Matthæi verbis, sed ex illis, que habent etiam Marcus, & Lucas, & ex Pauli explicatione exponenda, & declaranda est. Paulus ita rem exponit ut aperte assertat, ita mulierem, que per conjugium una facta sit cum viro caro, esse viri legi subiectam, ut quamvis hic vivat, et obligata maneat: Marcus cap. 10. v. 11. adulterium committere ait, *quicumque dimiserit uxorem, & aliam duxerit, non secus mulier, que dimissa alteri nupsit.* Et Luc. 16. Omnis, ait, qui dimisit uxorem & alteram ducit, vel qui dimissam ducit, moechatur. Quid clarius? mulier viro obligata dicitur, quoadquæ vivat ille, & ita obligata, ut ab eo dimissa alii nubere nequeat, ac itidem viri mulieri ligatus dicitur. Advertant hic veterum, Pauli, Lucæ, & Marci doctrinam perscrutantibus.

inisse Romanis, Corinthiis, aliisque, quibus Matthæi volumini ignotum erat. Hi vero decepti fuissent, si ex ambiguo Matthæi textu hujus doctrine veritas pendit: quis vero id credit? Itaque si apta possit Matthæi verba interpretatio donari, qua factum cilio cum aliis Evangelistis, & Paulo concilietur, quis non videt ita explicari oportere? Passio autem hujusmodi expostio est, non arbitrio conficta, sed a Patribus Ecclesie Christi disciplinam incedentibus depremta: Augustinus enim, Ambrosius, aliiq; quos supra nominavimus Patres, ita Matthæi sententiam legendam putant, ut exceptio illa nisi ob fornicationem cum verbo dimiserit coniugium oporteat, non cum subsecuto duxerit, quo posito, sensus erit, non esse dimittere duxerit five ob adulterium, five alia de causa, cum aliena polluit, & moechari. Ita sane cum Marci, & Lucæ sententia, & cum perspicua Pauli declaratione Matthæi verba conciliantur, que obscura sunt atque ambigua, ea fortasse de causa, quod Christus Pharisæis cum tentantibus ambigua tantum uti voluerit responsione, id quod Marcus ipse videtur innuere dum scribit: *Et in domo iterum discipuli ejus interrogaverunt eum. Et ait illis: quicumque dimiserit uxorem suam & aliam duxerit, adulterium committit super illam:* Vides, ergo, qua ratione Christus sensum exponit difficilis responsionis, quam obscure Pharisæis tradiderat. Quod clarius innuitur apud Matth. cap. 10. ubi narratur expulsi discipulos, si ita est causa hominis cum uxore, non expulsi uxorem hæc, sed quibus datum est, *Sunt Eunuchi, qui se castraverunt propter Regnum Cælorum* &c. Ita innuit, virum qui fornicariam dimiserit, aut cum ea reconciliari oportere, aut continere que quamvis illa vixerit; quod quidem non sapit ac vix intelligit carnalis Judæorum animus, & licet impossibile non sit, patet tamen datum est, itaque, qui Eunuchi dicuntur propter regnum, Cælorum. Accedit præterea Belarmini respectio, qui ait, verba illa, qui dimissam duxerit, adulteras, vel generatim accipienda sunt, vel cum exceptione? Si primum; ergo, qui dimissam duxerit etiam ob fornicationem, moechatur; ergo vinculum per illam dimissionem non resolvitur, sed separatim fit unice thori. Si secundum; ergo qui fornicariam a viro dimissam duxerit, non moechatur. Itaque melior est confusio fornicariæ, que iusto dimissa nubere alteri potest, quam castæ, que iniuste dimissa nec priorem, nec alium virum habere potest: quis autem credit hæc Christum ferre voluisse legem, que fornicariam melioris conditionis faceret? Vide etiam allatam supra juxta aliorum expostionem interpretationem.

voluit pravam Judæorum consuetudinem, qui nullis & levissimis de causis dimittebant uxores.

Ad leges Principum quod spectat, ajo, leges hujusmodi ab Ethnicis Principibus initio conditas fuisse, atque ante Ecclesie institutionem, etiam a nonnullis Catholicis deinde confirmatas; sed collationi Parisiensis a Chardonio citate non assentior: neque enim leges illas, aut omnes existit, aut tandem viguisse arbitror, quantum assentior. Sed ut res se habet, certum est, Ecclesie auctoritate illas fuisse leges improbatas; atque in eas invectos esse Chryostomum, Nazianzenum, & ex Latinis Ambrogium, Hieronymum, Augustinum, & Gregorium Magnum, aliosque. Ego vero ex hujusmodi legibus absurdum inter Græcos præsertim ortum arbitror, ac ortam etiam esse ambiguum illam loquendi rationem, quam in antiquis nonnullis scriptoribus observamus. Nam cum primis temporibus Idololatras Principes essent, ac Christianorum insensibilis hostes, mirum non est, in re nonnullam ab Ecclesia desinita, ac ambigua apud Matricum expolita, plures contra Republicæ leges sperre loqui nonuisse, ac nonnullos etiam cum Evangelio eandem conciliare studuisse. Nec statim ac Principes Christianæ Religionis nomen delere, expeditum visum est, legem illam receptam, & maxime probatam immutare, præsertim cum plures adque gentiles essent in reprobata, sed hoc non obstante, Romana Ecclesia, celebratioribus Patribus nihil vetiti seculi potestates, palam docere, adulterium matrimonii vinculum non dissolvere, atque vo duxere principes, ut leges illas veluti divino instituto contrarias agnoscerent, & faterentur.

Ad Patres quod spectat, fateamur, Origenum, Basilium, Epiphanium, ita fuisse ambigue locutos, ut nihil ex his certi erui possit: demus etiam Alterum Theodoretum, aliosque paucos juxta facili leges potius, quam secundum Apostolicam disciplinam locutos esse. Immo dicimus, primis factis ita Ecclesie canones nonnullis fuisse Imperatores, ut rigorosum præceptum de non ducenda post separationem uxore, presertim non viderant, sed tantum penas statuisse in eos, qui dimissam duxerit, vel post separationem nupsissent: ac in economis temporum tribuendum putamus, cum rerum circumstantiis non fierent, aperta contra Principum legem sententiam dicere, ne majus inde Christianis, immo & Ecclesie damnum oriretur. Si temporum circumstantiæ repunter, in quibus Patres scripsere, qui contrarium sentisse videantur, vel ambigui editi fuere canones, & si attentè examinaverint Scripturæ, Patres, & Concilia, que in Hispaniis, in Africa, in Gallia, in Italia, in Germania, aliisque in regionibus, docere per adulterium fieri duntaxat quoad thorum separationem, perspicuum erit, id innuere Scripturam, tradidisse Apostolos, ac Ecclesiam ubique locorum semper docuisse.

Not. 3. Juber Pontifex, ne Græci secundas, tertias & ultiores etiam nuptias dant, tanquam res de se malas, & illicitas; neve reprehendant illas, qui dum alia impedimenta non adfuit, ad tertias & quartas nuptias non morte transiunt. Ex quo constat, ut supra, quod non debent damnare Latinos, Coptos, Syros, & si qui sint alii Orientales, qui accessive ad secundas & tertias, atque ultiores nuptias



ritas tranſire ſoleant; neque has nuptias de ſe malas, aut divino præcepto prohibitas aſerere. 2. Græcos, & Albanenſes in Italia degentes poſſe tuto tertias, & quartas nuptias celebrare; vult enim Summus Pontifex, ut etiam inter eos hæc fit libertas, approben- turque hæc nuptiæ inter perſonas que alias de jure Matrimonio invicem conſangui poſſint. Sed cum Conſtitutio non pro Græcis tantum, qui in Italia de- gunt, quibuſque Tridentini decretum inculcari debet, non videtur ex ea inferri poſſe, ſublatam eſſe ab Apoſtoliſca Sede legem Itam Græcæ Eccleſiæ Canonibus ſtabilitam, qua nulla atque iuriſde decernitur quare nuptiæ. Math. Blaſar. in Synagoga Al- phabetico c. 4. tit. de Polygamia explicans lxxxviii. S. Baſil. ait: dicit autem nuptiarum pluralita- tem a Patriis ſentis præteritam, quia tertias quidem nuptias lex agnoſcit, ac earum pluralitas, tum legibus, tum canonibus eſt prohibita. Omnis enim contractus Matrimonialis, qui tertiarum nuptiarum ſentem tranſit, nuptiarum pluralitas haud dubie dicitur. Et infra: Legis autem hæc verba ſunt: Univerſi manſerunt eſt, quod ſi quis auſus fuerit ad quartas convolare nuptias, que nuptiæ non ſunt, non modo futurum, ut ea nuptia pro nullis habeantur, ſed ut liberi quidem ex eis procreent, proſtitutiſſimæ aduocæ: adeoque panis etiam quilibet nuptiarum tales ſubiiciantur, ubi præ- mittitur a ſe iuratum dicens fieri. Hanc autem legem vigere apud Græcos quamplurimi aſerunt, qui agunt etiam ab Apoſtoliſca Sede approbatam eſſe. En Papadopoli verba ex reſp. 2. ſect. 2. §. 12. Ipſum quoque Matrimonium, quamvis penes Latinos ex li- bito centies iterari queat, ita conſente Florentino Concilio, & Hieronymo dicente: non damno Bigamos, immo & Trigamos, & ſi dici poſſet Ologamos; penes noſtros tamen quæſto inſum nullum erit, ut Græcis noſſimum eſt, conſueturque vel a Sede Apo- ſtoliſca ſeveritati morem Græcorum indultum, Au- dore Arcadio, & Goario.

Immo Goarius Nota 4. ad capita de Bigamis, ait, Græci quartas nuptias omnino reproban, ut ſocietas & veritas, vixitque inſum earum contra- ctus ſanctiſſima Sede Apoſtoliſca: de quibus legendus Ar- cadius lib. vii. cap. 27. ſeq. Quam Apoſtoliſca Sedes permittit & tolerat mores conſuetudineque Grie- corum, que non ſunt Orthodoxæ fidei contrariæ, nec morum honeſtati adverſentur, ut pluries dixi- mus, facile patet, tolerare, ac ſervari velle. hanc conſuetudinem, que ex antiquis canonibus orta eſt, ubi adhuc viget. His vero, qui quartas nuptias juxta canonum rigorem improbant, veritum eſt damnare eos, qui hæc lege non obligati, tum quartas, tum etiam ulteriores inſunt nuptias.

Nota 4. Duo Summus Pontifex §. 4. Græco-Ita- lis prohibet, ſcilicet, ne Bigamos ad Sacros Ordines ſine ſpeciali diſpenſatione Apoſtoliſca promovendi licent, & ne Presbyteri ſecundo nubentes ultatenus benedicant. Primum ad omnes Orientales extendit- tur; omnes enim Orientales antiquæ Eccleſiæ legibus obligantur, que Bigamos a Sacris Ordinibus arcent, neque ab injuſmodi legibus ſolvi poſſunt, niſi a Romano Pontifice qui univerſæ præſert Eccleſiæ. Ad al- terum vero præceptum quod ſpectat, certum eſt Græ- cos ſub Episcopis Latinis degentes omnino prohiberi,

ſecundo nubentibus benedicere; ſed inde inferri non poteſt, hæc prohibitionem extendi quoque ad Græ- cos illos Orientales, qui peculiare habent pro Big- amis nuptias contrahentibus officium, in quo eorum nuptiis benedicunt. Licet enim exadta legum ob- ſervatio Bigamos coronare non eſt aſſecta; minus vero hæc caſusdi Magne Eccleſiæ conſuetudo, ve- rum & Bigamis ſponſalitates imponit coronas, nec ullus propterea conſueſtus eſt inſertam. Uno vel al- tero anno ſacra communione excluduntur, ſed neque ſecus eſt Epiſcoporum benedictionem eis imperpetuum ſimul contracti, juxta ſepimum canonem Noces- vienſi Synodi. Ita reſert Goarius ex reſponſis B. Nicææ Metropolitæ Heracleenſis ad interrogata Con- ſtantini Episcopii. Cum Conſtitutio, de qua loqui- mur, ad Græco-Italos tantum dirigitur, non videtur hæc in parte morem illorum improbare, qui ex antiqua conſuetudine Bigamis ſponſalitates coronas imponere, & benedicere ſoleant, ſed exactam legum obſervationem Græcis Latinis Episcopis ſubiectis in- ducere; juxta quam Bigamus non coronatur, ſed præ- terea prohibetur ſibiſibi myſteriiſſimè communicare annis duobus; Trigamus vero quinquæ: ut idem Goarius reſert ex cap. de Bigamis Nicæpor. Conſeſſoria Patriarchæ Conſtantinopolitani.

Nota 5. Quædam quantum conſanguinitatis & affini- tatis gradum, quo Matrimonium contracti prohibet, ut juxta Concilii Tridentini Decretum, conſtitutio nec videtur extendenda ad Græcos alios, qui juxta anti- quam Eccleſiæ gentis ſue conſuetudinem, prohibi- tionem contrahendi Matrimonium ad ſeptimum tantum conſanguinitatis gradum extendunt; qui gra- dum idem eſt ac tertius juxta Latinorum ſupputationem. Aſemanus tom. 111. part. 2. Bibliothecæ Orientalis pag. 325. ita rem hæc exponit, ubi etiam Chaldeo- rum hæc de diſciplinam explicat. En ipſius verba: „ Græci primis quatuor ſeculis conſanguinita- tem non extendunt ultra primum gradum linea collateralis rectæ; tunc enim ad hærebant legibus Im- peratorum, que conjugia conſobrionum, ſeu inter filias, & filios fratrum, aut ſororum permittebant, ut eſſentia Junia in Comm. de Sacramentis diſp. 10. de Matrimonio qu. 5. art. 2. pag. 688. Habente vero ſeculo quarto ex Theodoſii ſenioris lege, conſo- brionum, & non ulterius, Matrimonium prohibe- runt, quam diſciplinam anno 692. in Concilio Qua- niſexto tenebant. Seculo autem undecimo nuptias ve- nere ad ſextam uſque perſonam inſeſſive, hoc eſt: ad tertium gradum juxta ſupputa inſum Latinorum, ſexte demum perſone circa annum 1050. ſeptima addita eſt a Michæle Patriarcha: quaſi Græcorum præxim improbat Innocentius IV. Epistoſa 10. que eſt ad Orbanem Cardinalem Tuſculanum in Regno Cypri Legatum. Verum ut idem Junia ob- ſervat, ea Innocentii IV. Decretalis in Regno Cy- pri, aut in aliis Græcorum regionibus, pacis & œco- nomia cauſa, promulgata non fuit, & nihil per eam mutatum inſum eſt in Græcorum diſciplinam. Ita quod Latini eam perſona octava prohibent Ma- trimonium, Græci permittunt. Neſſoriani, ſeu Chal- dei, quum in Perſico, non Romano ſempio verſa- rentur, eos conſanguinitatis gradus olim obſervarunt, qui per priora Eccleſiæ ſecula ex Levitico c. 18. ob- ſervabantur: hi autem erant, .i. in linea recta a ſecu-

ſcendunt in omnibus omnino gradibus, quantum- cumque a ſe invicem diſtarent. 1. In linea collatera- li recta in primo gradu tantum, ſive inter fratrem ſive inter ſororem, ſive ſoror ex patre ſit, ſive ex matre. 2. In linea collateralis obliqua, in ſecundo gradu reſpectu aſcendentium: ita ut Nepotes non po- tuerint amicos duci. Potius vero vel ex Græcorum diſciplina, vel ex Patriarcharum ſuorum conſtitutio- nibus, ita gradus ſtatuerunt, legem imperialeſ ad- mittunt, in qua part. 2. de Matrimonio edicunt: De ſeminis, cum quibus Matrimonium contrahere non liceat, ſunt autem filia, & noverca, & mater, & ſoror, & patris filia, & fratris filia, & patris ſoror, & matris ſoror, & uxor fratris, & uxor patris, & ſoror, & nupta, & filia uxoris, & filia filii, & filia filie, eorumque filie. Quo- rum vero mentio facta non eſt, præſertim men- ſura merendi erant: quæ enim qui fratrem con- temnorat, filiam quoque fratris carnalis. Rarſus in ſacroſancto Evangelio prohibentur nuptiæ cum ma- liſe dimiſſa ob cauſam fornicationis, & Apoſtoli- cetat Matrimonium cum Ethnica, & inſidelis. Hæc verba deſumpta ſunt ex collatione Canonum arabi- cæ, Auctore Alpharagho Benalibo. Notat vero i- dem Aſemanus ex relaxatione diſciplinæ, tantum poteſtatem Neſſorianis ſuis Patriarchis tribuere, ut præter veritos in Levitico gradus, in ceteris omni- bus diſpenſato facile impetrari poſſit. Quod ſpectat ad auctoritatem Episcoporum circa diſpenſationem ad contrahendum Matrimonium in gradibus prohibitis, vide que ſupra adnotavimus ex tractatu de Synodo Dioceſana Benedicte XII.

Nota 6. Circa cognitionem ſpiritualium Græcis in Italia degentibus præcipitur ſervare adamuſum Trid- Synod. Decretum. Hæc lege tenebunt quoque Græco-

rum reliqui; Canon enim LIII. Trullane Synodi, que apud nos magna auctoritatis eſt, ita ſtatuit: Quoniam ſpiritualis neceſſitas major eſt conſanguini- tateſſimorum, ſtatuiſſimus, ut qui ex ſacro, & ſalu- tate baptiſmate fuerint juſtissimi, & poſtea cum matribus eorum viduis in Matrimonio coeunt, primùm taliſſimorum abſintant, deinde ſecre- torum quoque penes ſubiſtantur. Quippe qui ab hoc malo prompſe non ſemel abſint, & conſeſſerunt, tanquam inſectis uſqueſſis pollutus damnatus. Apud Syros Neſſorianos hujusmodi cognationis nulla mentio occurrit: & antiquam primæve Eccleſiæ diſciplinam hæc in re ſequi videtur, in qua per tria priora ſæ- cula ex nullo monumento Eccleſiaſtico probari poſſet, cognitionem ſpiritualem ſuſtine Matrimonii impedi- mentum, obſtanteſſi Jacobi. lib. ſup. cit. pag. 691.

Nota 7. Circa impedimenta, que ſtabilita ſunt ju- re Eccleſiaſtico, hæc regula tenenda eſt in iis Ori- entalibus Eccleſiis, in quibus lex prohibens Matrimo- nium, vel nunquam promulgata, & recepta fuit, vel licet fuerit promulgata, & aliquando etiam inſu- a pluribus ſeculis in deſuetudinem abiit, ac nun- penitus ignotatur; hujusmodi lex nullam habet vim, nec ad eam ſervandum Chriſtiani illi reſentur, donec Eccleſiæ auctoritate in ipſiſſimis propoſita, & incul- cata. Vide ea, que de humanis, & Eccleſiaſticis legibus ab Auctore expoſita ſunt, quoque in noſtra Appendice ad tractatum de legibus ſuere expli- cata.

Hæc pauca ad tractatum de Matrimonio addere volumus, ne opus nimium excreſceret, & quod ex- iis, que Auctor tractat, quoque nos de ritibus a- gendo diximus, facile dici poſſint dubia omnia circa hæc materiam etiam ex Orientalium diſci- plina emergentia. ☩

